

IUVENES.

Non facilis nobis, aequalis, palma parata est,
 Adspicite, innuptae secum ut meditata requaerunt.
 Non frustra meditantur, habent memorabile quod sit,
 Nec mirum, penitus quae tota mente laborant.
 Nos alio mentes, alio divisimus aures,
 Iure igitur vincemur, amat victoria curam.
 Quare nunc animos saltem committite vestros,
 Dicere iam incipient, iam respondere decebit.
 Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae.

VIRGINES.

Hespere, qui caelo fertur crudelior ignis?
 Qui natam possis complexu avellere matris,
 Complexu matris retinentem avellere natam,
 Et iuveni ardenti castam donare puellam.
 Quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
 Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

IUVENES.

Hespere, qui caelo lucet iucundior ignis?
 Qui desponsa tua firmes conubia flamma,
 Quae pepigere viri, pepigerunt ante parentes,
 Nex iuuxere prius quam se tuus extulit ardor.
 Quid datur a divi felici optatius hora?
 Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

LOS JÓVENES.

La palma, amigos, conquistar no es fácil;
 Ved, las niñas apréstanse á vencernos;
 Y no en vano meditan, porque tienen
 Una labor que es digna de su esfuerzo.
 Nuestra mente y oídos dividimos,
 Y así habrán de vencernos con derecho.
 Siempre amó la victoria las fatigas.
 Listos estad para el combate al menos;
 Ya cantan; responder es conveniente;
 Ven, ¡oh dios de las Nupcias, Himeneo!

LAS DONCELLAS.

¿Quién luz más cruel sobre los cielos lleva?
 ¿Y quién arranca del materno seno
 Á la casta doncella, para darla
 Á algún joven ardiente? ¿Más hicieron
 Los enemigos en ciudad vencida?
 Ven, ¡oh dios de las nupcias, Himeneo!

LOS JÓVENES.

¿Quién más propicio sobre el cielo luce?
 La que los padres y el esposo hicieron
 Promesa conyugal, tu llama afirma;
 No hay unión si no asomas en el cielo.
 ¿Una hora más feliz dieron los dioses?
 Ven, ¡oh dios de las nupcias, Himeneo!

IUVENES.

Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo,
 Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam,
 Sed tenerum prono deflectens pondere corpus,
 Iam iam contingit summum radice flagellum,
 Hanc nulli agricolae, nulli colvere iuveni:
 At si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
 Multi illam agricolae, multi accoluere iuveni:
 Sic virgo dum intacta manet, dum inculta senescit;
 Cum par conubium maturo tempore adeptam est,
 Cara viro magis et minus est invisam parenti.
 Et tu ne pugna cum tali coniuge virgo,
 Non aequom est pugnare, pater cui tradidit ipse.
 Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.

 Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
 Tertia pars patrist, pars est data tertia matri,
 Tertia sola tua est; noli pugnare duobus,
 Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

LOS JÓVENES.

Cual vid que en campo abandonado nace,
 Y no crece, de apoyo careciendo,
 Que sus uvas no nutre y cuyos tallos
 Hasta el tronco se doblan con su peso,
 Y ni un novillo ó labrador la busca,
 Mas si enlazó á algún olmo sus sarmientos
 Labradores la buscan y novillos,
 Así es la niña; envejecer la vemos
 En tanto intacta permanece y pura;
 Mas si casóse en el maduro tiempo,
 Más su consorte la amará, y odiada
 Será ella entonces de sus padres menos.
 No luches, virgen, contra tal esposo,
 No es lucha igual; tus padres te lo dieron
 Y á tus padres les debes obediencia;
 No á tu virginidad tienes derecho
 Únicamente tú; porque si es tuya,
 Es también de tus padres, y á su yerno
 Ellos dieron su parte con la dote.
 Ven, ¡oh dios de las nupcias, Himeneo!



CARMEN LXIII

DE ATY



Super alta vectus Attis celeri rate maria,
 Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,
 Aditque opaca silvis redimita loca deae,
 Stimulatus ibi furenti rabie, vagus animis,
 Devoluit ile acuto sibi pondere silicis.
 Itaque ut relictæ sensit sibi membra sine viro,
 Etiam recente terræ sola sanguine maculans,
 Niveis citata cepit manibus leve typanum,
 Typanum, tubam Cybelles, tua, mater, initia,
 Quatiensque terga taurei teneris cava digitis,
 Canere hæc suis adorta est tremebunda comitibus.



ODA LXIII

ATIS



Atis, cruzando con bajel ligero
 Profundos mares, á la Frigia llega,
 Va de Cibeles á la selva obscura,
 Y enfurecido, el ánima extraviada,
 Un pedernal blandiendo, se mutila;
 Y al ver su sexo varonil perdido,
 Y el suelo ya manchado con su sangre,
 De tus adeptos el tambor y trompa
 Toma, Cibeles, con sus níveas manos,
 É hiriendo el cuerno con sus dedos, canta
 Á la turba llamando estremecida.

Agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
 Simul ite, Dindimena dominae vaga pecora,
 Aliena quae petentes velut exules loca,
 Sectam meam executae duce me mihi comites,
 Rapidum salum tulistis truculentaque pelagi,
 Et corpus evirastis Veneris nimio odio;
 Hilarate aere citatis erroribus animum.
 Mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
 Phrygiam ad domum Cybelles, Phrygia ad nemora deae,
 Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,
 Tibicen ubi canit Phryx curuo grave calamo,
 Ubi capita Maenades vi iaciunt ederigerae,
 Ubi sacra sancta acutis ululatus agitant,
 Ubi suevit illa divae volitare vaga cohors,
 Quo nos decet citatis celerare tripudiis.
 Simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,
 Thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
 Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant,
 Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
 Furibunda simul anhelans vaga vadit animam agens
 Comitata tympano Attis per opaca nemora dux,
 Veluti iuvenca vitans onus indomita iugi:
 Rapidae duces secuntur Gallae properipedem.
 Itaque, ut domum Cybelles tetigere lassulae,
 Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.

«Venid al bosque de Cibeles, juntas,
 Errante grey de Dindimena, ¡oh Galas!
 Vosotras que buscáis, cual desterrados,
 Conducidas por mí, extrañas tierras,
 Que surcasteis del mar las ondas bravas
 Y os mutilasteis por vuestro odio á Venus.
 La vida errante vuestro pecho alegre,
 No vuestro paso retardéis; seguidme
 Al bosque Frigio, al templo de la Diosa,
 Donde la voz del címbalo resuena,
 Adonde vibra el atambor, y el Frigio
 Su canto entona con la flauta curva;
 Donde la sien de yedra coronada,
 Las Bacantes se agitan, celebrando
 Las ceremonias con agudos gritos;
 Do de Cibeles la cohorte ronda
 Á cuyas danzas concurrir debemos.»
 Cuando Atis, ya mujer, habló á la turba,
 Ésta gritó, vibraron los tambores,
 Resonaron los címbalos sonoros
 Y el coro al Ida dirigió sus pasos.
 Y cual novilla que indomable el peso
 Del yugo evita, furibunda, ansiosa,
 Atis en tanto por el bosque obscuro
 Corre, llevando el atambor en mano.
 Prontas las Galas á su Jefe siguen,
 Y cuando al templo de Cibeles llegan,
 Las rinde el sueño, de vagar cansadas,

Piger his labante langore oculos sopor operit:
 Abit in quiete molli ravidus furor animi.
 Sed ubi oris aurei Soli radiantibus oculis
 Lustravit aethera album, sola dura, mare ferum,
 Pepulitque noctis umbras vegetis sonipedibus,
 Ibi Sompnus excitum Attin fugiens citus abiit:
 Trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.
 Ita de quiete molli rapida sine rabie
 Simul ipse pectore Attis sua facta recoluit,
 Liquidaque mente vidit sine queis ubique foret,
 Animo aestuante rusum reditum ad vada tetulit.
 Ibi maria vasta visens lacrimantibus oculis,
 Patriam allocuta maestast ita voce miseriter.
 «Patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,
 Ego quam miser relinquens, dominos ut herifugae
 Famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,
 Ut aput nivem et ferarum gelida stabula forem,
 Et earum omnia adirem furibunda latibula,
 Ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor?
 Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,
 Rabie fera carens dum breve tempus animus est.
 Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
 Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
 Abero foro, palaestra, stadio et gymnasiis?
 Miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.
 Quod enim genus figuraest, ego non quod obierim?
 Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
 Ego gymnasei fui flos, ego eram decus olei:

Cierra el sopor sus ojos somnolientos,
 Muelle reposo al frenesí sucede.
 Cuando el sol áureo, con radiantes ojos
 La tierra, el éter y los mares dora
 Y á las sombras ahuyentan sus corceles,
 Al sueño que huye cuando Atís despierta,
 Pasitea en su seno lo recoge.
 Sin el delirio y tras descanso muelle
 Atis recuerda sus pasados hechos,
 Lo que ha perdido á contemplar acierta,
 Torna á la playa con el alma ansiosa,
 Y viendo el mar con lacrimosos ojos,
 Se dirige á su patria con voz triste:
 «Patria, mi engendradora, patria, ¡oh madre!
 Te abandoné, ¡infeliz! como el esclavo
 Que á su amo deja por venir al Ida
 Á vivir entre nieve y entre fieras
 Y andar vagando do sus antros tienen.
 ¿Dónde, ¡oh patria! buscarte? ¿en qué lugares?
 Á ti yo puedo dirigir mis ojos
 Por tiempo breve del delirio exento.
 ¿En estos bosques, de mi hogar lejanos,
 Sin patria he de vivir y sin amigos,
 Sin gimnasio y palestra, estadio y foro?
 ¿Miseró habré de lamentarme siempre?
 ¡Cuántos cambios de forma he disfrutado!
 Púber, adolescente, efebo y niño,
 Flor del gimnasio fui, del cesto orgullo;

Mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,
 Mihi floridis corollis redimta domus erat,
 Linquendum ubi esset orto mihi Sole cubiculum.
 Ego nunc deum ministra et Cybeles famula ferar?
 Ego Maenas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?
 Ego viridis algida Idae nive amicta loca colam?
 Ego vitam agam sub altis Phrygiae columinibus,
 Ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus?
 Iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.»
 Roseis ut huic labellis sonitus citus abiit,
 Geminas deorum ad aures nova nuntia referens,
 Ibi iuncta iuga resolvens Cybele leonibus
 Laevumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.
 «Agedum» inquit «age ferox i, face ut hunc furor agitet,
 Face uti furoris ictu reditum in nemora ferat,
 Mea libere nimis qui fugere imperia cupit.
 Age caede terga cauda, tua verbera patere,
 Face cuncta mugienti fremitu loca retonent,
 Rutilam ferox torosa cervice quate iubam.»
 Ait haec minax Cybelle religatque iuga manu.
 Ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo,
 Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
 At ubi humida albicantis loca litoris adiit,
 Tenerumque vidit Attin prope marmora pelagei,
 Facit impetum: ille demens fugit in nemora fera:

Vi mi puerta, de flores con guirnaldas,
 Y mi umbral y mi casa, engalanados
 En las mañanas al dejar mi lecho;
 Y ahora seré ministra de los dioses,
 Sirvienta de Cibeles y Bacante,
 Y hombre estéril y parte de mí mismo?
 ¿Del Ida verde habitaré en las nieves,
 Ó de la Frigia por las altas cimas
 Entre los siervos que en las selvas pacen
 Con jabalís que por los bosques vagan?
 ¡De cuanto hice, me duelo y me arrepiento!»
 Cuando á los dioses reveló su pena,
 Su voz brotando de sus rojos labios,
 Cibeles, desunciendo sus leones,
 Y luego estimulando al de la izquierda,
 Del rebaño enemigo, así le dijo:
 «Corre, vuela feroz, y que tu furia
 Haga al bosque tornar á quien desea
 Lleno de audacia resistir mi imperio.
 Corre, tu flanco con tu cola azota,
 Que el bosque atruene tu feroz rugido,
 Y alza la crin de tu robusto cuello.»
 Cibeles dijo y desató los yugos.
 Á sí misma la fiera se estimula,
 Y corre, ruge, el matorral destroza,
 Llega á la playa do la mar albea,
 Y á Atis contempla junto al mar. Se lanza.....
 Atis, demente, hacia las selvas huye.

Ibi semper omne vitae spatium famula fuit.
 Dea, magna dea, Cybelle, dea, domina Dindimei,
 Procul a mea tuos sit furor omnis, era, domo:
 Alios age incitatos, alios age rabidos.



Allí su vida consagró por siempre
 De Cibeles al culto y al servicio.
 ¡Diosa de Dindimena, magna diosa,
 Libra mi hogar de los furores tuyos,
 Tú á los demás incita y enfurece!





CARMEN LXIV

EPITHALAMIUM PELEI ET THETIDOS



Peliaco quondam prognatae vertice pinus
 Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
 Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos,
 Cum lecti iuvenes, Argivae robora pubis,
 Auratam optantes Colchis avertere pellem
 Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
 Caerula verrentes abiegnis aequora palmis.
 Diva quibus retinens in summis urbibus arces
 Ipsa levi fecit volitantem flamine currum,
 Pinea coniungens inflexae texta carinae.
 Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.



ODA LXIV

EPITALAMIO DE TETIS Y PELEO



En otro tiempo, de Neptuno en la onda,
 Nadaron, dicen, del Pelión los Pinos
 Á Faso yendo y al confín de Colcos,
 Cuando robustos jóvenes Argivos
 El mar salobre recorrer osaron
 Sobre esquiife ligero, y atrevidos,
 Azotando las ondas con sus remos,
 Fueron á hurtar el áureo Vellocino.
 Pinos uniendo con la curva quilla,
 Minerva fué quien para ellos hizo
 El carro volador que impulsa el viento,
 Á Anfitrite enseñándole el prodigio;

Quae simul ac rostro ventosum proscidit aequor,
 Tortaque remigio spumis incanduit unda,
 Emergere feri candenti e gurgite vultus
 Aequoreae monstrum Nereides admirantes.
 Illa, atque haud alia, viderunt luce marinas
 Mortales oculi nudato corpore Nymphas
 Nutricum tenuis extantes e gurgite cano.
 Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
 Tum Thetis humanos non despexit hymenaeos,
 Tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.
 O nimis optato saeculorum tempore nati
 Heroes, salvete, deum genus! o bona mater!
 Vos ego saepe meo vos carmine compellabo.
 Teque adeo eximie taedis felicibus aucte
 Thessaliae columen Peleu, cui Iuppiter ipse,
 Ipse suos divum genitor concessit amores.
 Tene Thetis tenuit pulcerrima Neptunine?
 Tene suam Tethys concessit ducere neptem,
 Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem?
 Quae simul optato finitae tempore luces
 Advenere, domum conventu tora frequentant.
 Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:
 Dona ferunt prae se, declarant gaudia vultu.
 Deseritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe,
 Crannonisque domos ac moenia Larisaea,
 Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.

Y cuando el mar cortara con la prora
 Y á las ondas dió el remo espuma y brillo,
 Con sus rostros salvajes, las Nereidas
 Admiradas surgieron del abismo;
 Y sólo entonces los humanos ojos,
 Desnudas, del mar fuera el pecho niveo,
 Pudieron ver á las marinas ninfas,
 Y Peleo amó á Tetis con delirio
 Y Tetis no rehusó nupcias humanas
 Y Jove entonces consintió en unirlos.
 ¡Oh progenie de dioses! ¡Buena Madre!
 ¡Héroes nacidos en mejores siglos!
 En mi canto á menudo he de invocaros,
 Y á ti, que por tu enlace esclarecido,
 Peleo, eres honor de la Tesalia,
 Y á quien cedió su amor Júpiter mismo.
 ¿Te acepta Tetis, la hija de Neptuno?
 ¿A ti darte su nieta Tetis quiso?
 Y el Oceano que con mares ciñe
 El orbe todo, ¿en ello ha consentido?
 Cuando llegaron los ansiados días,
 Toda Tesalia hasta la casa vino;
 Llenó el palacio multitud alegre;
 Sus dones cada quien llevó solícito,
 El contento en los rostros reflejando;
 Y quedaron desiertos Tempe y Scyros,
 Y de Cranón las casas y Larisa,
 Buscando todos en Farsalia abrigo.

Rura colit nemo, mollescunt colla iuvenis,
 Non humilis curvis purgatur vinea rastris,
 Non glebam pronò convellit vomere taurus,
 Non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
 Squalida desertis rubigo infertur aratris.
 Ipsius at sedes, quacunque opulenta recessit
 Regia, fulgenti splendent auro atque argento.
 Candet ebur solis, collucent pocula mensae,
 Tota domus gaudet regali splendida gaza.
 Pulvinar vero divae geniale locatur
 Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
 Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.
 Haec vestis priscis hominum variata figuris
 Heroum mira virtutes indicat arte.
 Namque fluentisono prospectans litore Diae,
 Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
 Indomitos in corde gerens Ariadna furores,
 Necdum etiam sese quae visit visere credit,
 Ut pote fallaci quae tum primum excito sompno
 Desertam in sola miseram se cernat harena.
 Inmemor at iuvenis fugiens pellit vada remis,
 Irrita ventosae linquens promissa procellae.
 Quem procul ex alga maestis Minois ocellis,
 Saxeae ut effigies bacchantis, prospicit, cheu,

Nadie los campos cultivó; las bajas
 Vides ya no limpiaron los rastrillos;
 No las frondas cortó la podadera;
 Surcos no abrió el arado, y desuncidos
 De los bueyes los cuellos se ablandaron,
 Y el arado guardóse enmohecido.
 Con oro y plata por doquier esplenden
 Los interiores del palacio mismo;
 De los asientos el marfil blanquea,
 Brillan los vasos de las mesas, ricos;
 Y en la casa do lucen los regalos,
 Dondequiera se mira el regocijo.
 En medio se halla de la diosa el lecho;
 Son del lecho los pies de marfil indio,
 Y la púrpura roja que lo encubre
 Es la brillante púrpura de Tiro.
 Allí figuras varias se contemplan
 De héroes famosos de pasados siglos.
 En la playa de Naxos vése á Ariadna,
 De indómito furor el pecho lleno,
 Que á Teseo en su esquife huyendo mira;
 Mas, ¡ay! sin creer que cuanto mira es cierto,
 Ella se encuentra abandonada y sola
 Al despertar de su engañoso sueño,
 Y olvidadizo el joven entretanto,
 Huye, el mar azotando con sus remos.
 Como una estatua de Bacante, inmóvil,
 Ella, con ojos tristes, á lo lejos,

Prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
 Non flavo retinens subtilem vertice mitram,
 Non contacta levi velatum pectus amictu,
 Non tereti strophio lactentis vincta papillas,
 Omnia quae toto delapsa e corpore passim
 Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.
 Sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
 Illa vicem curans toto ex te pectore, Theseu,
 Toto animo, tota pendebat perdita mente.
 A misera, assiduis quam luctibus externavit
 Spinosas Erycina serens in pectore curas,
 Illa tempestate, ferox quo ex tempore Theseus
 Egressus curvis e litoribus Piraei
 Attigit iniusti regis Cortinia tecta.
 Nam perhibent olim crudeli peste coactam
 Androgeoneae poenas exolvere caedis
 Electos iuvenes simul et decus innuptarum
 Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
 Quis angusta malis cum moenia vexarentur,
 Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
 Proicere optavit potius quam talia Cretam
 Funera Cecropiae nec funera portarentur,
 Atque ita nave levi nitens ac lenibus auris
 Magnanimum ad Minoa venit sedesque superbas.
 Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo
 Regia, quam suavis expirans castus odores
 Lectulus in molli complexu matris alebat,
 Quales Eurotae progignunt flumina myrtus,
 Aurave distinctos educit verna colores,
 Non prius ex illo flagrantia declinavit

Presa de hondos dolores, lo divisa.
 Ya no el velo sutil le cubre el pecho,
 Ya no la red retiene en su cabeza,
 Ni la faja le ciñe el albo seno,
 Que regado á sus plantas se halla todo,
 Por la mar arrancada de su cuerpo,
 Que de nada cuidóse, pues su mente,
 Su alma y su corazón, van con Teseo.
 ¡Misera Ariadna, á quien hirió Erycina
 Con asiduos pesares, desde el tiempo
 En que Teseo cruel dejó su patria,
 Y amparo halló de Hinos bajo el techo!
 Desvastada, se dice, por la peste,
 Para espiar la muerte de Androgeos,
 Tuvo Atenas que dar al Minotauro
 Sus vírgenes y jóvenes selectos;
 Y á Atenas viendo en la aflicción sumida,
 Antes que aquellas víctimas de Cecrops
 Llevadas fuesen como ofrenda á Creta,
 Sacrificarse prefirió Teseo,
 Y al palacio de Minos lo condujo
 Ligera nave con propicio viento.
 Tan pronto como Ariadna allí lo mira,
 Ella, á quien su oloroso y casto lecho
 De su madre crióla entre los brazos
 Cual mirto á que el Eurotas da su riego
 Y mil colores dale Primavera,
 No de él sus ojos apartó un momento

Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam
 Funditus atque imis exarsit tota medullis.
 Heu misere exagitans inmiti corde furores
 Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
 Quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum,
 Qualibus incensam iactastis mente puellam
 Fluctibus, in flavo saepe hospite suspirantem!
 Quantos illa tulit languenti corde timores!
 Quanto saepe magis fulgore expalluit auri!
 Cum saevum cupiens contra contendere monstrum
 Aut mortem oppeteret Theseus aut praemia laudis.
 Non ingrata tamen frustra munuscula divis
 Promittens tacito succendit vota labello.
 Nam velut in summo quatientem brachia Tauro
 Quercum, aut conigeram sudanti cortici pinum,
 Indomitus turbo contorquens flamine robur,
 Eruit (illa procul radicitus exturbata
 Prona cadit, lateque et cominus obvia frangens),
 Sic domito saevum prostravit corpore Theseus
 Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.
 Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
 Errabunda regens tenui vestigia filo,
 Ne labyrinthis e flexibus egredientem
 Tecti frustraretur inobservabilis error.
 Sed quid ego a primo digressus carmine plura

Hasta que ardiendo en amorosa llama
 Consumirse sintió todo su cuerpo.
 ¡Oh, tú, Amor, que furores cruel excitas
 Cuando á las penas mezclas el contento;
 Y tú, la que el Idalio y Golgos riges,
 Con qué olas bañas tú de Ariadna el pecho
 Que á menudo suspira por su huésped!
 ¡Cuánto su corazón sufre de miedo,
 Y cómo palidece con frecuencia
 Con el monstruo luchar viendo á Teseo
 Que la muerte ó la gloria desafia!
 Y, ¡cuántos votos elevó á los cielos
 Con labio silencioso y nunca en vano
 Presentes á los dioses ofreciendo!
 Cual furioso huracán que desenraiza
 En la cumbre del Tauro roble enhiesto
 De ramas poderosas ó alta encina
 Que cubren al caer espacio inmenso
 Y cuanto existe en su alrededor destruyen,
 Así al monstruo que en vano con los cuernos
 El vago viento hiere, domeñado
 Ante sus plantas lo postró Teseo.
 Salvo de allí tornóse y con renombre,
 Sus pasos con un hilo dirigiendo,
 Para que adentro su intrazable curso
 Salir no le impidiese de aquel Dédalo.
 ¿Diré más alejado de mi canto?
 ¿Cómo Ariadna á Teseo prefiriendo